R.A. 1636 34

IN DEI NOMINE. Nouerint vniuersi, quod anno computato à natiuitate Dñi millesimo sexcentesimo trigesimo sexto, apud Ciuitatem Cæsaraugustæ,& in Regio Consilio Ciuili congregati Magnifici Dñi Antonius Augustinus de Mẽdoça Regens Cancellariam,Iosephus de Segura,Vincẽtius de Ortigas Regij Consiliarij ordinarij,& Michael Hieronymus Castellot in processu infrascripto Regius Consiliarius extraordinarius nominatus in locum Magnifici Dñi Michaeli Thomę Secanilla pro suspecto dato,coram quibus fuit positus processus Ioannis de Lanaja appellationis,super executione Albarani,in quo duo ex dictis Dñis de Regio Consilio desuper nominati concordes fuerunt voti,& opinionis,Quod Att.Cont.&c.tenetur,& debet pronunciari,& declarari per Iudicem a quo bene fuisse, & esse pronuntiatum, & per Ioannem de Lanaja princ. Michaelis Hieronymi de Rios male ad hanc Regiam Audientiam appellatum neutram partium in expensis ex causa condemnando , cætera supplicata locum non habere. EX EO pronunciatur bene pronunciatum,& male appellatum,quia actio exigẽdi Albarana mercatoris,cum clausula,*tibi,vel quicumq; deferenti*,non cõpetit nominato in Albaranis illa non habenti,sed portiori exhibenti, & petenti,& ipsorum solutio regulariter non probatur,nisi per subscriptionem in dorso illorum,& cum Braulius Mendieta detentor, & portitor ea appellitauerint coram Iudice à quo sine subscriptione in dorso,neq; constiterit de solutione facta dicto Mendieta , non obstant exceptiones oppositæ per Ioannem de Lanaja debitorem, quia licet procurator Michaelis Hernandez coram Çalmetina ciuitatis Cæsaraugustæ die 24. Aprilis 1634.prædicta Albarana appellitauerit tamen alicuius procurator illorum copia dimissa à processu extrahit corpora originalia die 29. Aprilis, sique in posse Curiæ . & per Iudicem illorum remanserunt sicut remanent instrumenta;quia in eis requiritur cessio ad translationem dominij,& actionis in illis vero solum delatio,& exhibitio, & signo cũ copijs in processu dimissis , sicut instrumenta dicuntur existere penes Curiam,& Iudicem, atque ita confessio,& recognitio facta per Michaelem Hernandez , die primo Maij fatentem , nihil ex Albaranis sibi deberi,nec ad eum pertinere non potuit officere à portitore postea, & appellanti maxime secuta,postea die secunda reclamatione illa concessisse, sed vtrum,& deceptum,nec suffragatur separatio facta eadem die in iuditio à procuratore dicti Hernandez,quia non fecit eam procurator qui appellitauit,extrahit,& tullit Albarana,sed alius,& illa confessio, & recognitio non potuit generare præiuditium portitori postea appellanti, qui Dominus erat chirographorum virtute clausulæ , *tibi, vel quicumq; portitori*,etiam non constito de aliqua cessione,quod secus est in instrumento in quo requiritur cessio, & translatio , nam aliàs multi delentur fraudes,& commoditas vendendi Albarana , & comertio eorum tolleretur,ex quo non parua damna mercatoribus, & Reipublicæ exorirentur , nec decissiones Regij Senatus in contrarium adductæ efficerentur

A extin-

existentibus penes curiam, seu Iudices, originalibus Albaranis, & non copijs eorum quando solutiones factę fuerunt, seu oppositę exceptiones debitoribus enim sucurritur, ne indebite vexentur, vel per medium inuentarij, vel detentionis Albaranorum penes Iudicem ea prouidentem, & cum in præsentiarum debitor executatus, & captus per Çalmetinam dices fore vti horum remediorum meritò contra praxim, & consuetudine Regni succurrendum non est vigilantibus enim jura subueniunt, nec accessio litis pendentiæ obest, quia in executiuis ex recentiori sententia Doctorum non datur in chirographo, seu Albarano non reperiantur clausulæ variationis iuditij, tamen per Forum de los Albalas de mercaderes año 1528. executantur per quemlibet Iudicem electum à petente, non obstante aliquo impedimento, & modo quod censualia iuxta forum de Censualibus Turoli non condemnatur appellans in expensis qui habuit causam appellandi ab aliquibus ex Dominis Regis Consiliarijs approbata, & aliàs Attent.cont.&c. Alteri vero duo ex dictis Dñis de Regio Consilio desuper nominati fuerunt voti, & opinionis, quod Attent.cont. &c. tenetur, & debet pronuntiare, & declarare per Iudicem à quo male fuisse, & esse pronuntiatum, & per Ioannem de Lanaja prin. Mi.Hie.Rios proc. bene ad hanc Regiam Audientiam appellatum, & reformando sententiam Iudicis à quo declarare dictum Ioannem de Lanaja fore liberandum à captione, & eidem esse bona executata, simul cum quantitate mille solidorum Iaccen. depositatam per eum restituendam, & receptam per Braulium Mendieta, & mandare capletam cancellari, neutram partium in expensis condemnando, cætera supplicata locum non habere. EX EO reformatur sententia Iudicis à quo modo prædicto, quia ex meritis processus constat Braulium Mendieta agere sine actione, non enim dici potest chirographi portitor in processu Iudicis à quo exhibiti, neque vt talis considerari, quia quando dictum Albaranum exhibitum in dicto processu Iudicis à quo deuenit ad posse Braulij Mendieta appellitantis iam actio dependens ex eo erat extincta, ex eo quoniam de isto met chirographo per Michaelem Hernandez fuit appellitatum coram Çalmetina præsentis Ciuitatis, contra Ioannem de Lanaja debitorem dicti Albarani, sub die 24. mensis Aprilis anni 1634. & prouisio dicto appellitu dictus Lanaja die 26. eiusdem mensis fuit captus, & constat sub die 29. eiusdem mensis Aprilis procuratorem legitimum dicti Hernandez appellitantis extrahisse à dicto Processu dictum Albaranum dimissa copia cum Apocha illius, & deinde procuratorē legitimum dicti Hernandez, sub die secundo mensis Maij dicti anni se separasse simpliciter ab oblatione, prouisione, & executione dicti appellitus cum omnibus inde secutis consensum præstando, quod dictus Lanaja liberaretur à captione qua detinebatur dictumque Lanaja acceptasse dictam separationem, & consensum constat etiam dictum Hernández appellitantem, & portitorem dicti Albarani sub die primo dicti mensis Maij, mediante instrumento publico recognouisse nihil sibi deberi ex dicto Albarano, & ipsum confessum fuisse secundo die dicti mensis Maij, coram Locumteñ. Çalmetinæ, & in iuditio corā

dicto

dicto Çalmetina sub die 4. dicti mensis Maij, licet per viam reclamationis asserendo seductum fuisse, & per minas emisisse dictam recognitionem, constat etiam sub die 5. mensis Maij prædicti exhibitum fuisse in iuditio dictum recognitionis instrumentum pro parte de Lanaja, & postea sub die decimo tertio dicti mensis Maij, intimatum fuisse procuratori dicti Hernandez, quatenus duceret Albaranum originale ad posse Curiæ respondedisse, quod dictum proc. illud traddidisse dicto Hernandez suo priñ. & mandatum fuisse per Çalmetinam, quod eidem Hernandez intimaretur, quod duceret illud ad posse suæ Curiæ, vnde hijs sic in facto consistentibus, & ex processu resultantibus constare videlicet prædicta omnia acta fuisse cum dicto Hernandez tanquam cum vero portitore dicti Albarani, quia vt talis appellitauit, concessit recognitionem, & reclamauit, quia si his non erat ad quid reclamauit, & comparuit coram Iudice, nisi dicamus ad illum illudendum, sicque per recognitionis instrumentum à portitore concessum existente dicto Albarano in posse Curię extinctam fuisse dicti chirographi obligationem, quia dum Albaranum existit penes Curiam portitor potest confiteri quidquid voluerit, sicque potuit per instrumentum recognitionis confiteri nihil sibi ex eo deberi, nam quando Albaranum est penes Curiam etiam si cedatur, alicui non dicitur cessionarius portitor, sed ille dicitur qui ad posse Curiæ albaranum adduxit, cum igitur dictus Michael Hernandez fuerit portitor illius adducendo albaranum ad posse Curiæ, & de eo appellitando bene potuit se separare, & emittere dictam confessionem, quam emisit prius mediante instrumento publico, deinde in iuditio, & extra illud reclamando, & secuti si Apocha vere solutionis ostenderetur in iuditio concessa per Dominum, & portitorem chirographi dum illi, & penes Curiam extingueret debitum, & actionem intentatam idem erit, & per acceptillationem, quæ eundem effectum operatur, quod vera solutio, & secuti per eã tollitur omnis obligatio, sic per acceptilationem, sic enim videmus portitorem Albarani qui illud ad posse Curiæ adduxit dum est penes Curiam posse confiteri ad alium dictum Albaranum pertinere, cum igitur hæc acceptilatio, & confessio emanauerit ex facto portitoris, & illi Albaranum adduxerit ad posse Curiæ non videbitur dubitandum de extinctione dicti Albarani, quod cum semel fuerint extinctum mediante dicta acceptilatione amplius reuiuicere, nec de eo haberi aliqua consideratio potuit, hæc enim confessio, & acceptilatio cum fuerit in iuditio facta per eundemmet appellitantem, & in eodem iuditio per appellitatum deducta operabitur eundem effectum, ac si Iudicis mandato facta foret in iuditio accedat hijs, quod quando albaranum est deductum in iuditio operatur anterioritatem hijs enim effectus ex exhibitione albarani in iuditio resultat, cuius auctoritas talis est, quod actus illusorij coram eo faciendi minime sint, sicut in præsenti contingit modo appellitando de isto chirographo coram Çalmetina, modo coram vno ex Locumteñ. Iustitiæ Aragonum, modo quodam altero ex dictis Locumteñ. absque eo se separauit coram nullo ex dictis Iudicibus. Neque obstat reclamatio facta per dictũ

Her-

Hernandez , quia vt ſuperius dictum eſt potius eidem nocuit cum eam fecerit vti dominus dicti Albarani , & cum allegauerit ſeductum fuiſſe, & minas ſibi fuiſſe factas in hoc tamen ſua labia poſsidet, immò conſtat de contrario per Not. & teſtes inſtrumentarios. Neque obſtat , quod non poteſt conſtare vere Albaranum extitiſſe penes Curiam in poſſe Çalmetinæ quando fuit facta acceptilatio,& confeſsio, & inſtrumentum recognitionis adductum in iuditio, quia cum relicta fuerit copia eiuſdem Albarani in proceſſu cum Apocha illius ſatis dicitur eſſe Albaranum penes Curiam ; quia vbi ſcriptura aliqua originaliter exhibita eſt in proceſſu copia ibidem de illa relicta facit fidem ſicut originale , tàm ex praxi Regni,quàm de iure maxime cum lis incepta in vim dicti Albarani proſequeretur cum portitore Albarani, & pro eius parte,& ipſe perſonaliter comparuiſſet litem proſequendo , mutatio enim non præſumitur, ſed potius contrarium, & ideo ſemper dictus Hernandez erit cenſendus portitor dicti Albarani vſquequo contrarium conſtet, neque obſtare poteſt in Albaranis mercatorum hoc non procedere, quia nulla poteſt dari ratio diuerſitatis , immô neceſſarium idem procedere in Albaranis vbi dimiſſa eſt copia in proceſſu, tum nec iuditium reddatur illuſorium, tum vt fraudibus ; & expenſis obietur , ſicut contingit in præſenti vbi iuditium redditur illuſorium ſi non iudicatur de copia Albarani, idem quod originali, & magnas ſuſtinuit vexationes,& expenſas dictus Lanaja procedendo ad eius capturam tres Iudices diuerſis temporibus , & ob iſta euitanda cenſemus de dicta copia Albarani in proceſſu relictam eandem habere rationem ſicuti originali, & aliàs Attent. Content. &c.